

Contra Gallicanorum errorum
et huiusmodi

IVSTI LIPSI

POLITICORVM
SIVE
CIVILIS DOCTRINAE
LIBRI SEX.

Qui ad Principatum maximè spectant.

Additæ Notæ auctiores, tum & De vna
RELIGIONE liber.

Omnia postremò Auctor recensuit.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,

Apud Balthasarem Moretum, & Viduam
Ioannis Moreti, & Io. Meursium.

M. DC. XXIII.

Cum Privilegiis Cesareo & duorum Regum,
& Principum Belgarum.

frequens et ligatus
in libro de constan-
tia, et in libro poli-
ticorum, et in libro
sue operibus in
propositione Fati-
et Iugurthi pse-
aborat se Tati-
nonine nihil ri-
si providentia di-
bina pio et chris-
tiano sensu intel-
ligere, at solet ei
innectere plures
gentilium Auto-
rum sententias
obscuras, qua oth-
nico falso potius
quam divina pro-
videntia contineant
videtur, prinde
cavite legendus in
hujusqua de
falso utriusque disce-
rit.

expurgatio
y confirme el
año de 1690. Se ha
y nom. 1690
soledad del 1690

Paulo Heroyne

3

IMPERATOR,
REGES,
PRINCIPES,



MPLVM & illustre
vestrum munus est,
quod sustinetis. Quid
maiis inter homines,
quam vnum præesse
pluribus; leges & ius-
fa ponere; maria, ter-
ras, pacem, bella mo-
derari? Diuinitas quedam videtur hæc di-
gnitas: & est profectò, si salutariter atque
ex usu publico administretur. Sed hoc
quam arduum sit, cum ratio nos docet,
tum exempla. Illam si inspicimus; quan-
tae molis ab uno capite tot capita coérce-
ri, & vniuersam illam multitudinem, in-
quietam, discordem, turbidam, leniter
redigi sub commune quoddam Obe-
dientiæ iugum? Si hæc; quam pauci ab
omni ævo reperti, qui laudabiliter hoc
munere functi & defuncti? Nimirum ma-
ius quiddam est quam imperiti suspicen-

A 2 tur,

I. L I P S I
 P O L I T I C O R V M
 S I V E
 C I V I L I S D O C T R I N A E
 L I B R I P R I M I

C A P V T I.

*Scopus & materies mei scripti. Vita Civilis definita.
 Virtus communiter laudata.*

VITAE Ciuilis iter quā rectē ineas, rectē per-
 agas, præcipere mihi est animus: nec id
 meis, sed veterum monitis, imò & ver-
 bis. Tu mihi dux magne Deus: & ma-
 num hanc mentemque dirige, vt saluta-
 ria videam, dijudicem, promam. Vitam
 Ciuilem definio, QVAM IN HOMINVM SOCIETATE Quid Visa
 Ciuis.
 MIXTI DEGIMVS, AD MVTVA COMMODA SIVE
 VSVM. Huic duos Rectores tribuo, Prudentiam & Vir-
 tutem. illam ex plurium mente: sed & hanc ex meā. quia
 ciuem verè bonum nullum arbitror, nisi & virum. Sine
 Virtute, Calliditas ea sit & malitia, & quidlibet potius
 quam Prudentia. cuius clavis et si propriè Vitam Ciuilem
 dirigit, non tamen sine usu & auxilio illius magnetis. Igi-
 tur de Virtute iure præmittam, quæ

Tacitus.
 iv. Histor.

Proprium hominis bonum.

*Virtus fa-
 lius homi-
 nis.
 Ea non in-
 terit.*

Sallustius
 Catil.

*Cetera humana pereunt, & diuinarum & forme gloria,
 fluxa atque fragilis est: Virtus clara æternaque habetur.*

Seneca
 ep. xxi.

Hoc unum contingit immortale mortali.

Sallust.
 Catil.

*Itaque iure, que homines arant, nauigant, edificant, Virtu-
 ti omnia parcent.*

*Ceteris omo-
 nibus pra-
 eminens*

Cicer. 1.
de Finib.
At tu fuge, nam *superstitione* qui est imbutus, quietus esse ^{Sed temere-}
numquam potest. <sup>sum iis qui
habent.</sup>

Varr. apud
Augustin.
de Civit.
lib. vi.
Discrimen hoc habe: *Deos à religioso vereri, à supersticio-* <sup>Tanor tua
so timeri.</sup>

Apud A-
gel. lib. xv.
cap. ii.
Cicer. de
Nat. deor.
ii.
Placeat ille versus, sed saniter intellectus:
Religentem oportet esse, religiosum nefas. <sup>Spernenda
nobis.</sup>

In Cultu ipso, ad interna semper præuertere: & censē, ^{Intrō reue-}
Cultum deorum esse optimum, eundemque castissimum atq; san- ^{canda rela-}
ctissimum, ut eos semper purā, integrā, incorruptā & mente & ^{gio.}
voce revereris.

Seneca.
Aureum tibi dictum imprimo: *Optimus animus, pulcher-* <sup>Et animus
excolendus.</sup>
rimus dei cultus est.

Cicer. de
Divinib. ii.
Nec sic, ut cexterna tamen spreueris, nisi si impia. Nam ^{Sine Ritu-}
& in his, *religioni parendum est, nec patrini mos contumaciter adiecit.* <sup>lum fan. &
repudiandus.</sup>

CAPUT IV.

*Fati vocē
hic & alibi
veterū mo-
re pono, sed
non mentu.
Nil nisi
prouiden-
tiam duci-
nam, idē
pius & Chri-
stianus sum
sui intelli-
gerem, se-
meli se fio.
Fatūm * appendix Pietatis. Quid illud, & à quo sit?
quam vim habeat, & quem cūsum?

PIETATEM seu. pango nunc duos surculos, qui sub
arbore hac, immo ex cānati: Fatūm, & Conscientiam.
Quorum illud, ex Sensu; hēc, ex Cultu, originem clarcFatiorige
ex Sensu.
ducunt. Si enim gubernat & dirigit deus; prouidet etiam
& decēnit. idque æternus ipse, ab æterno in æternum.
Hoc autem cīt Fatūm:

D

Cuīus

I V S T I L I P S I
AD LIBROS
P O L I T I C O R V M
N O T A E,
E T
D E V N A R E L I G I O N E
L I B E R.

Aucta omnia & innouata.



A N T V E R P I Æ,
E X O F F I C I N A P L A N T I N I A N A ,
Apud Balthasarem Moretum, & Viduam
Ioannis Moreti, & Io. Meursium.
c I o . I o c . x x i i .

Cum Priuilegiis Cesareo & duorum Regum,
& Principum Belgarum.

ILLVSTRES
ORDINES,

IBER in me nuper prodijt, cui an responderem, iure dubitauit. Auctor an ille est, cui debeam? homo inquietus, turbidus: & cui vnum hoc studium, litigare. Sicut canibus quibusdam insitum est, sine causa aut discrimine latrare: talem audiebam istum. nec iudicio hæc scribe-re, sed morbo. Cum hoc me componerem, & velut includerem in eodem campo? quem & vincere in glorium, & à quo atteri sordidum esset. *Facit enim se aduersarium*, ait Seneca, *quisquis contendit, & ut vincat perficit*. Sed causa etiam silendi altera, ab ipsa scriptione. Nam qualis ea est? plebeia, futilis: & concepta plebeio quoque stilo. Quotusquisque ea leget, si ego fileam? nec deprimere aduersarium meum possum, nisi ut attollam. Adde quod calumniarum conuiciorumque plena: & corniculas citius in Africâ, quam res rationesque solidas reppererim in hoc scripto. Vetus ille versus hic valet:

*Δόγας μὴ Εἰμοδωγῷ ἐμπορθεῖ).

& flumen verborum vbiique video, mentis vix guttam. Quid igitur reponam aut respondeam? serium aliquid aut eruditum? non est occasio. conuicia & dictoria? non est meum: & ita adhuc viximus scripsimusque, ut nemo de nobis, de nemine queri etiā ego possim. Primus iste est (heu fatum Lipsij!) qui

*Sunt Hermodori verba, mercimonium.

I V S T I L I P S I
ADVERSVS
DIALOGISTAM
LIBER.

JIBRVM tuum legimus, & quæ visum mihi respondere, hic habes. Pauca mole, sed non pondere: & tu quoque non multa scripsisti, sed multis. Toto libro placuit tibi non solum πολυλογεῖν, sed ταῦτα λογεῖν, &c, quod poëta dicit, oberras ubique eadem chordā. Lacon quidam ad lusciniam: *Vox es,* præterea nihil.

ORDIAR à capite & ab ipsâ fronte sui libri. Titulum fecisti: LIS siue PROCESSVS INTER IVSTVM LIPSIVM ET.] Nol. In libri nō lem te hoc præscribere, mali augury est in principio lapsus. Ego tecum litigo? numquam factum. Natura mea, consuetudo, valetudo abhorrent ab omni litigio; & si me non nosci, scito non esse pacatius ingenium in Bataviam vestram. Denique ego tecum? si visum mihi litigare, alius esset cum quo consererem manum. Nam, ut ille ait,

— trophaeum ferre me à forti viro pulchrum est.

Sin autem & vincar, vinci à tali nullum est probrum.

At tu quis es? ignotus es. immo tu quis es? nimis notus es.

DEDICATIO sequitur, eaque Ad Senatum huius urbis.] *Gratia erit, nisi fallor. Cur tamen ad hunc polissimum? quiāne olim hic turbas & eos factores putas? turbidi tui animi aut scripti? Scis enim: & te quoque aliquid occulti ligati suggestisse in hanc flammam nos sci-mus. Sed mi homo erras. illa resederunt, & beata pax ac concordia iterum in hac urbe. Acole, non est hic locus tuis fabris.*

EPISTOLAS deinde meas subiungis.] *Quo exemplo? nullō De epistolis bono, aut cuiusquam boni. Egō ne hoc fine scripsi, ut ederes? per som-nium non cogitavi. Homo in conspecte, tollit è vitâ commercia aut Proterij. certè libertatem litterarum. Apud bonos ita solet, ut duobus scripta inter duos pereant. Ta aliter esto. Cur tamen, si visum eas edere, non edis ipsas? Veri, inquies. Ita sane, sed non in decentiorem formam. Imperitis. Quid enim si parum fideliter? quid si parum expresse? Virumque ve-*

I V S T I L I P S I
D E
V N A R E L I G I O N E,
A D V E R S V S
D I A L O G I S T A M
L I B E R.

In quo tria Capita Libri quarti
Politicorum explicantur.



A N T V E R P I Æ,
E X O F F I C I N A P L A N T I N I A N A ,
Apud Balthasarem Moretum, & Viduam
Ioannis Moreti, & Io. Meursium.

C I O . I O C . XXIII.

*Cum Priuilegiis Cesareo & duorum Regum,
& Principum Belgarum.*

REVERENDO ET AMPLISSIMO³
P R A E S V L I
I O H A N N I S A R A C E N O
A B B A T I V E D A S T I N O ,
E T A C O N S I L I I S
S T A T V S B E L G I C I .

NO T A S quas vides, & adiunctum *De*
vnâ Religione librum, aucta hæc
variè aut innouata, tibi datum dica-
tumque imus, Amplissime Præsul:
arque intimo meo voto, utinam ma-
ius aliquod aut speciosius munus! Certè merebaris,
& impensè ego volebam. sed quid est? aliud præ
manu nunc non erat, & differre diutiùs professio-
nem huius æris alieni, pudor meus & ingenuus ani-
mus recusabant. Tu ille es, cuius beneficia à qua-
driennio iam in me summa: qui aduenientem in
amicitiam tuam admisisti, aut potius aduocasti;
fontem benignitatis tuae vltò rescrasti, & verè fon-
tem: ita largiter & perenniter in me fluxit. Nec in
me tantùm. publica & testata beneficia tua sunt in
omnes, quibus commendatio aut insigne aliquod
est Religionis, Virtutis, aut Doctrinæ. Enim uero sa-
cra si intuear, quis magis ea defendit, ornauit, am-
pliauit? Arae & templa vetera restaurata, aut noua
instituta, tui operis sunt; tui, religiosorum cœtus cor-
recti, aucti, propagati; & uno verbo, omnes pietatis

I V S T I L I P S I

A D I L I B.

P O L I T I C O R V M

N O T A E.

DO L I T I C O R V M L I B R I .] Ita inscripsi, De titulo
nec perperam. Nam et si propriè de principatu librorum.
regimus, & eius instrucción mihi scopus: tamen
& librorum prior pars velut commune regu-
lavor ad quamque Rēpubl. est: & passim praece-
pta ad omnem Ciuitalem vitam.

Sicut Ciuilis doctrinæ.] Recte ita licet vertere: imò Politicen
ipsam Ciuitatem Apuleius reddidit, de Philosophia: & Seneca Ci-
uitalem eius partem dixit.

I N C A P . I.

Præloquium.

Veterum monitis, imò & verbis.] Ita fecimus. Lapidés & li- PAG. 11.
gna ab alijs accipio: edificij tamen exstrucción & forma, tota nostra. Forma
Architectus ego sum, sed materiam varie undique conduxi. Nec ar- scriptio.
nearum sancè textus ideo melior, quia ex se filia gignunt: nec nosler vi-
lior, quia ex alienis libamus, ut apes.

Duos Rectores, Prudentiam & Virtutem.] Sine duo etiam Fulcris bi-
fulcris: sine quibus laudabilis & firma Respublica nulla umquam fuit, na Reip.
nulla erit. Tetigerunt utrumque alijs: sed si neminem distinctè aut
plenè præceptis id amplexum dixerim, libera magis vox erit quam
superba.

I N C A P . II.

De Deo.

R E C T V S de deo sensus, in deum cultus.] Ita Pietatem PAG. 11.
definimus. & hec duo sancè præcipua eius munera sive partes, pietatis
Nosse supremum illud numen, & Venerari. Lactantius: Omnis sa- duo meo
pientia hominis in hoc uno est, ut Deum cognoscat & colat. A bra.
Sensu tamen veniendam est ad Cultum. Idem: Sapientia præcedit,
Religio sequitur: quia prius est Deum scire, consequens colere.

Ita appello Summum illud.] Heu miseriam! adeò à cognitio-

ne